Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Attendunt quanta celeritate euangelium praedicatur. & non
attendunt quanta peruersitate contemnitur. Serui autem dī hu
miles & scī q̄ dupliciter mala temporalia patiuntur. quia & ab ipsis
impiis & cum ipsis patiuntur. habent consolationes suas. & spem
futuri sclī. Unde dicit apostolus. Non sunt condignae passiones
huius temporis ad futuram gloriā quae reuelabitur in nobis. Proinde.
kmę. & iam illis quorum uerba dicis te ferre non posse. qui di
cunt si nos peccatores ista meruimus. quare & serui dī barbarorum
ferro perempti sunt. & ancillae dī captiuae ductae sunt. humiliter & ue
raciter & pie responde. Quantamlib& enim iustitiam seruemus.
quantamlib& dnō oboedientiam exhibeamus. Numquid meliores
esse possumus trib: illis uiris qui in caminum ignis ardentis pro conser
uanda dī lege proiecti sunt., Et tamen lege quid illic dicat azarias
unus ex trib: quia aperiens os suum in medio ignis dixit.

Benedictus es dnē ds patrum nostrorum. & laudabile & gloriosū
nomen tuum in saeculum. Qm̄ iustus es in omnib: quae fecisti nob.
& omnia opera tua uera. & rectae uiae tuae. & omnia iudicia tua
ueritas. Et iudicia ueritatis fecisti p omnia quae intulisti nobis
& ciuitati scāe patrum nostrorum hierusalem. qm̄ in ueritate &
iudicio intulisti nobis omnia haec propter peccata nrā. Qm̄ pecca
uimus. & legi non paruimus. & mandatis tuis non obaudiuimus.
ut bene nobis ess&. & omnia quae intulisti nobis uero iudicio intulisti.
& tradidisti nos in manus iniquorum inimicissimorum transfigu
rarum. & regi iniusto & pessimo ultra uniuersam terram. &
nunc non ē ut possimus aperire os. Uere confusio & obpbrium
facti sumus seruis tuis. & eis qui te colunt. Ne & tradideris nos in per
p&uum ppter nomen tuum dnē. & ne despexeris testamentum tuum.
& ne abstuleris misericordiam tuā a nobis. propt̄ abracham quia
te dilectus ē. & ppt̄ isaac seruum tuum. & israhel scm̄ tuum. quib:
locutus es multiplicaturum te semen eorum ut astra caeli & arenā maris.